

## PRAEFATIO.

pum designasse. Atque protinus mentem subiit cogitatio, quam libenter amplexus sum, nullius protectioni, ac patrocinio hosce commentarios confidentius cōmitti posse, quām cui ob animi non minorē quām generis nobilitatem, & vitæ sanctimoniam cum singulari prudentia, & eruditione coniunctam, illius antiquissimæ Metropolis cōcreditus dominatus, & cura commendata est. Verum etiam si neque id considerarem, neque tantum diuinorum munerum interperspexisse ( quantum epistolæ angustijs velle coarctare stultum planè foret ) quod me ad has lucubrations tuo nomini dicandas impellere posset: ille per quām ingenui animi tui erga me affectus, qui à me probè perspectus est effecisset, vt vel animi grati significationem hoc literario munere ( quale dominationi tuæ à me offerri par est ) exhiberem. eodemque Bracharensi, ac in vniuersum Lusitanorum Ecclesiæ de hac promotione publicè gratularer, ac simul tibi de ea animorum consensione, quā ab omnibus insigni isto ac sublimi loco dignus habitus es, etiam antequam ad illum promouereris.

† 3 INDEX